BREVIARIUM SALISBURGENSE
Salzburg, um 1475 Seite 55r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in egipto non intellexerunt
mirabilia tua non fuerunt
memores multitudinis mie tue
Et irritauerunt ascendentes
in mare mare rubrum Et
saluauit eos propter nomen suum
ut notam faceret potenciam suam
Et increpuit mare rubrum
et exiccatum est et deduxit
eos in abyssis sicut in deserto
Et saluauit eos de manu
odiencium et redemit eos de
manu inimici Et operuit a
eos qua tribulantes vnus ex eis
non remansit Et crediderunt
in verbis eius et laudauerunt
laudem eius Cito fecerunt
obliti sunt operum eius non sus-
tinuerunt consilium eius Et
concupierunt concupiscenciam
in deserto et temptauerunt
deum in inaquoso Et dedit
eis peticionem ipsorum et misit
saturitatem in animas eorum Et
irritauerunt moysen in castris
aaron sanctum domini Aperta est
terra et deglutiuit dathan
et operuit super congregacionem
abyron Et exarsit ignis in
synagoga eorum flamma combus-
sit peccatores Et fecerunt vitu-
lum in oreb et adorauerunt

sculptile Et mutauerunt
gloriam suam in similitudinem vituli
comedentis fenum Obliti sunt
deum qui saluauit eos qui fe-
cit magnalia in egipto mi-
rabilia in terra cham terribilia
in mari rubro Et dixit ut
disperderet eos si non moyses
electus eius stetisset in con-
fracione in conspectu eius.
Et ut auerteret iram eius
ne disperderet eos et pro ni-
chilo habuerunt terram deside-
rabilem Non crediderunt
in verbis eius et murmura-
uerunt in tabernaculis suis
non exaudierunt vocem domini
Et eleuauit manum suam
super eos ut prosterneret eos in
deserto Et ut deiceret se-
men eorum in nacionibus et
dispergeret eos in regionibus
Et iniciati sunt beelphe-
gor et comederunt sacrificia
mortuorum Et irritauerunt
eum in adinuencionibus suis et
multiplicata est in eis rui-
na Et stetit finees et pla-
cauit et cessauit quassacio.
Et reputatum est ei in iusti-
ciam in generacione et generacionem
usque in sempiternum Et irri-